



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 50. Nova Ordinum comitia a Cæsare Pragæ indicta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

erat, quod Protestantes Catholicis ne- Sæc. XVII.  
 quidem ad sui defensionem arma necel- A. C. 1609.  
 faria permittere voluerint, ipsi tamen  
 ad nutum minimumque rumorem mul-  
 ta armatorum millia adversus Catholi-  
 cos parata in urbe haberent.

### §. L.

#### *Nova Ordinum comitia a Cæsare Pragæ indecta.*

Nondum tot tantisque Protestantium Lundorp.  
 injuriis frangi poterat Cæsar's cle- l. 15. tom. 3.  
 mentia; cum enim pacis tranquillitatis Ludolph. l. 9.  
 que studiosissimus cuncta, quæ salva cap. 2.  
 Religione posset, suis subditis concedere  
 paratus esset, eorum importunitati etiam non sine auctoritatis suæ dispen-  
 dio cedere statuit, quo circa convenien-  
 tibus tam Protestantium quam Catho-  
 licorum Statuum Legatis in nova Cu-  
 ria Pragensi sequens edictum promul-  
 gari jussit: „Cæsarea Majestas accepta  
 „& cognita Statuum apologia manda-  
 „tum suum superioribus diebus publi-  
 „catum abrogat, & hoc novo man-  
 „dato omnes status Evangelicos, Con-  
 „fessioni illi Bohemicæ cum Augustana  
 „consentienti addictos, pro fidelibus,  
 „& dilectis suis subditis habet, utpote  
 „ad quos jura provincialia & juramen-  
 „tum Regis, æque ut ad omnes alios  
*Hist. Eccles. Tom. LIV. Bb „Re-*

Sæc. XVII. „Regni Status, pertinent, habet item  
 A.C. 1609. „status excusatos, siquidem Conventum  
 istum in Curia Nova Pragensi, ob bo-  
 num suæ Majestatis & totius Regni  
 indixerint, declarat igitur nihil eos  
 contra Majestatem suam peccasse, &  
 celebrandis comitiis publicis, ad  
 finiendum articulum illum Religionis,  
 & alia publica gravamina corrigenda,  
 diem vigesimam quintam Maji in arce  
 Pragensi nominat, cum hac adjectio-  
 ne, ut Status tranquille & tuto ad  
 comitia veniant, nullumque exterum  
 militem conducant, sua enim etiam  
 Majestas externum quidem militem sive  
 per se, sive per alios nequaquam cor-  
 ductura, nec ut ullus externus miles  
 in regnum istud veniat, passura est.

Promulgato hoc Cæsar is mandato  
 Protestantes decantatis Psalmis, quibus  
 in falsum abripiebantur enthusiasmum,  
 in immensam erumpebant lætitiam,  
 spe sibi facta, quod Rudolphus eorum  
 minis, armataque vi territus, brevi Bo-  
 hemicæ confessioni eandem concessurus  
 esset libertatem, qua Austriaci Augu-  
 stanæ Confessionis Socii jamjam iisdem  
 viis extorta potirentur, qui turmatim  
 Hornalsium confluxerant, & suas de-  
 clamationes ac cantilenas, adhibitis ei-  
 tiam subinde Musicis palam habebant,  
 dolentibus interea & frementibus Ca-  
 tholicis.

tholicis. Præterea Matthias Rex Vien- Sæc. XVII.  
nam reversus, ut Protestantes placaret A C. 1609.  
quosdam Catholicos suis amovit of-  
ficiis, subrogatis in eorum locum Se-  
stariis, præcipue Trautsamio, & Bu-  
cheimio.

## §. L.

*Aperta Protestantium vis adversus  
Cæsarem.*

Verum hæc ipsa comitia suo frustra- *Slawata t. 2.*  
bantur successu; Rudolphus enim *p. 4. & seqq.*  
pro Catholica Religione obfirmatus, ad *Merc. t. 6.*  
Subscribendum inquis Protestantium *lib. 3.*  
postulatis, nullis vel precibus vel mi-  
nis adduci potuit, potius eligens cum  
imminutione suæ auctoritatis inter vitæ  
pericula versari, quam se suosque sub-  
ditos æternæ salutis periculo exponere:  
Percepta autem hac Cæsaris constantia,  
vix lingua aut calamo exprimi valet,  
quanta audacia hæretici in Bohemia  
Imperatorem ejusque Ministros exagi-  
tarint, eo usque temeritatis progressi,  
ut misso ad Cæsarem scripto die tertia  
Junii declararent, quod nondum, ut  
speraverant, concessa Religionis liber-  
tate Deo & tempori totum committe-  
rent, culpam non Cæsari, sed ejus Ec-  
clesiasticis & Ministris imputantes: de  
cetero formulam, qua sua Cæsarea

Bb 2

Maje-